Similiter sufficit uiris perfectis ⁊ sanctis inclusis de octana in octauā sumere eucaristiā Sacerdotibus sufficit quotidie semel cōficere ⁊ sumere. Vnde Aug⁹. Quotidie sumere eucaristiā nec laudo nec uituperо. quia si ex nimia deuotiōe quotidie celebrat sacerdos laudabile est dūmodo sit uir perfectus. Si āt ex alia causa uituperabile est ⁊ maxime si qua subsit cōsciētia mortalis peccati. Laycis saltē semel in anno sc̄z in pascha nisi fuerint ifirmi det eucaristia ⁊ si tunc noluerit sumere excōmunicari debent. nisi forte de cōsilio sui sacerdotis abstineāt. qa multi etiam post contritionē cordis abstinent ab eucaristia. donec in aliq̄ parte satiffecerint ⁊ quibusdā etiā iniungitur ut usq̄z ad finem uite ab eucaristia abstineāt pro quibusdam enormibus peccatis de quibus postea dicetur. Est enīz peccator indignus sumere eucaristiā. donec totā suam penitentiam uel saltem partē cōpleuerit. Dicitur āt eucaristia ab eu quod ē bonuz ⁊ carisma quod est gratia. quia meliorem gratiā non posset nobis dare q̄ suū corpus ⁊ sanguinē.

Item unde supra Ca. xxix.

Ideat etiā sacerdos q̄ si plures hostias ponat super corporale in altari ⁊ cum ꝓfert hec sacra uerba. Hoc est corpus meū faciat demōstrationē ad ōnes hostias non ad unā solā. quia nisi per omnes demōstrent signa. non cōsecrant. Preterea uideat ne alie hostie in pixide aliqua propinque sint calici in hora consecratōis. quia dicunt multi ōnes hostias consecrari que sunt ī altari. Item sciēdum q̄ nec uinum solū conuertit in sanguinē. nec panis ī solum corpus xp̄i. sed nunq̄ est corpus sine sanguine nec ecōuerso. ⁊ ideo in calice est totus xp̄s. ⁊ ī forma panis totus. Item quia eucaristia augmentū dat gratie. Dixerunt quidā q̄ paruulis dāda esset eucaristia. quod erroneum est dicere ⁊ falsum. Sed pro resolutione istoꝝ hic aliqua breuia et utilia notanda sunt. Primo notādum est q̄ ad perfectionē sacramēti requiritur intentio ministri qua se subiicit principali agēti. ut sc̄z intēdat facere quod ecclesia fecit ⁊ xp̄s fecit. ⁊ hec intentio est simpliciter necessaria saltem in habitu ad minus. Nam cum sacerdos dū accedit ad altare ⁊ intēdit facere quod ecclesia ⁊ christus fecit. si aliqua alia cogitatio occurrerit ex ifirmitate humana. uirtute tamē prime ī tentionis cōsecrat. tamen studiose curare debet minister ut etiam actualem intētionem in actu cōsecrationis habeat. Secūdo sciēdum q̄ si aliq̄ hostie ex obluuione remaneant in altari. aut alique guttule uini adhereant pedi calicis ⁊ sacerdos cōficit non sunt consecrate nisi actualē intētionem ad eas diriget. Tercio sciendum est per modum questionis q̄ si sacerdos habeat ante se decē hostias ⁊ intēdit cōsecrare nouē. que sunt ille nouē osecrate? Ad quod dicēdum q̄ ille nouem hostie per intētionem sacerdotis a decem distincte sunt cōsecrate ⁊ non decima. quia intētio sacerdotis ad nouem que intendit cōsecrare est directa ⁊ decimā quam a numero excipit. nō est cōsecrata. Vlterius est notādum quibus hoc sacramentum dandū est. Pro quo sciēdum q̄ omnibus bapti

satis adulti deuote a sacerdotib9 ꝓm sancte matris ecclesie ritū petentibus est dandum. Est etiā sciēdum ꝙ si aliquis ad sacerdotē ueniat. ⁊ iu occulto pctm̄ suū ei cōfiteat. ⁊ dicat ꝙ penitere nolit uel non possit. ⁊ si postea ueniat in publico ⁊ eucaristiā petat n̄ potest ei denegare sacerdos. sed debet ei dicere in priuato. Ego trado tibi mortē tuam. iudiciū tibi māducas et bibis. Si uero publice dicat aliquis se nolle cōfiteri nec agere penitentiam de peccato suo. nullo modo dāda est ei eucaristia. Preterea sciēduz ꝙ nullus sibiipsi dare debet eucaristiaz nisi sacerdos in altari. Vnde sacerdos infirmus non debet accipere eucaristiā nisi per manum alteri9 ⁊ quia domin9 dixit. Hoc facite in meā cōmemorationem. quotienscūq; sumitis. mortaliter peccat qui celebrat propter aliam causam q̄ propter memoriam dominice passionis.

In quibus diebus possit sacerdos pluries celebrare. Ca. xxx.

Atet ex predictis ꝙ quotidie bis sumere eucaristiā est damnabile. De hoc enim nūq̄ dubitauit beat9 Augustin9. Sunt autē tres casus in quibus sacerdos pluries potest sumere eucaristiā in die. In die enim natalis domini ter celebrat mis/sa. propter misteriū significatōis. qa prima missa significat statum ante legem. secūda statum sub lege. tercia statum sub gratia. Et quia missa nō debet sine susceptione eucaristie celebra/ri. ⁊ ideo oportet ter sumere eucaristi/am illo die. Illud āt permissum ē in ecclesia ⁊ non preceptū ꝙ quilibet ter celebret in illa die. Si enim tres essent sacerdōtes in una ecclesia. melius esset ꝙ unus unam ⁊ ali9 aliam ⁊ terci9 terciam missam celebraret q̄ unus solus tres. Preterea dicit canō ꝙ si qua sit solēnis festiuitas in aliqua eccl'ia ⁊ sit ibi cōcursus populoꝝ. ⁊ non pn̄t omnes una hora cōuenire. pōt sacerdos in eadē die bis celebrare. ne fideliū deuotio missa priuet. Preterea si habeat sacerdos in aliqua die solēne fun9 presens. ita ut parrochiani nolit carere missa de die. nec etiā propter scādalum corpus sine missa debeat sepelire potest tunc sacerdos bis celebrare. primo de die. secūdo pro defunctis. Hō enim debet primo celebrare ꝓ defunctis ⁊ postea de die. quia uita hec terminatur in mortē. sed de morte nō est regressus ad uitā. Cū āt sacerdos bis in eadē die celebrat. tunc retineat manus suas ⁊ calicem cum aqua et uino post communionem. ne alique reliqe panis uel uini in digitis eius uel in calice remaneant. ⁊ non debet sumere ablutionem illam sed reponet in uasevl q̄ ad finez alteri9 misse. ⁊ tunc sumat utrāq̄. quia propter reuerētiam sacramenti non debet aliquis celebrare nisi ieunus. Hō autē esset ieiun9 si sumpsisz ablutionē illā que ē pura aqua uel purū uinum.

De matrice ecclesia ⁊ capella.

Capitulū .xxxi.

Atet ex predictis ꝙ si qs habeat unam ecclesiā matricē et capellā ei adiacentē. non debet in eadē die primo celebrare ī matrice eccl'ia. ⁊ postea ī capella. Sed si capella sufficiat propriuz hēat sacerdotem. si āt non sufficiat. fundatores capelle sacerdoti necessaria dent. qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf